



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

29 Quarta oblationum debita, 40. annorum cursu praescribitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- quod possint confraternitatum scholæ ad libitum constructoris dissolvi, *ut in eod. conf. 31. nu. 2.* quia, quicquid esset olim, hodie à communiter accidentibus omnes confraternitates habent oratoria, in quibus divina celebrantur, campanile, campanas, sacristiam cum paramentis, ac omnibus alijs ad usum ecclesiæ non parochialis necessarijs, & proprios capellanos pro celebratione Missarum, quapropter non possunt ad libitum constructoris dissolvi; quia oratoria ¶ sunt Deo dicata, & semel Deo dicatum, non est ad usus humanos ulterius transferendam, *c. que semel, 19. q. 3. c. adhuc, extra de relig. dom. & ibi gloss. in ver. mundanis, & c. semel Deo dicatum, de 3^o reg. jur. in 6.* Nec obstant quod non sint consecrata, quia ecclesia ¶ non consecrata gaudet eodem privilegio, quo consecrata, & obsequijs divinis dicata, nullius sunt temerarijs ausibus prophananda, *cap. penul. ext. de imm. Eccles. & c. ult. & ibi gloss. in ver. non consecrata, de consec. Eccl. vel Alt.* Ex quibus post Covar. loco supra citato, quod de legatis confraternitatibus factis debeat Episcopis de jure quarta, ut verè & communi opinionem me subscribo, dummodò in contrarium non obstet præscripta consuetudo.
- 27 Videtur etiam Episcopis ¶ debita quarta pars oblationum, *c. de his, cap. antiquos, 10. quest. 1. cap. concessio, & cap. vobis, 12. quest. 2. Abb. in cap. ult. circa fin. de testam. & Covar. in d. cap. officij, in princ. sed dicta jura habebant locum, & servabantur antiquis temporibus, quando Episcopi erant pauperes, ut supra deduxi, Sed cum postea ceperint habere redditus competentes, fuerunt dicta jura reformata, ita quod Episcopis nihil deberetur præter Cathedralicum, *cap. 1. 10. quest. 3. & gloss. in d. c. de his, 10. qu. 1.**
- 29 Idè quadragenaria ¶ temporis præscriptione circa quartam oblationum clerici se tueri possunt, *cap. de quarta, & ibi gloss. ext. de præscript. & Abb. in d. conf. 31. nu. 3. vers. itaque.* Debetur quarta Episcopalis solum ab ecclesijs Episcopo subiectis, propter communionem, quæ est inter Episcopum, & ecclesiam sibi subiectam, (sed inter ecclesiam exemptam, & Episcopum communio cessat, & ratione oneris, quod sustinet Episcopus circa curam ecclesiarum sibi subiectarum, quæ ratio etiam cessat in exemptis, vel in recognitionem superioritatis, quæ pariter ¶ in exemptis cessat, à quibus quarta Episcopo non debetur, Innoc. in d. cap. officij, in princ. & ibi Abb. n. 6. Fed. de Sen. in conf. 96. Bal. in l. si quis ad declinandum. §. in omnibus, num. 6. & nu. 11. C. de Episcopis, & cler. idem Abb. in conf. 37. n. 1. vers. sed certè, par. 1. & Felyn. in d. cap. quarta, in princ. vers. & tenementi, de præscript.
- 31 Quarta enim ¶ exemptorum debetur Papæ, qui est Ordinarius, & Episcopus exemptorum, *c. auctoritate, de priv. in 6. & Abb. in d. c. officij, num. 8.* qui testatur hanc esse communem Doct. sententiam, quæ tamen quarta fuit per Constitutionem Papæ clem. V. parochijs concessa, ut in d. clem. dudum, de sepult. Et cum Episcopi quartam ab ecclesijs sibi subiectis tantum percipiant, parochialium rectores illam percipiunt jure parochialis à Regularibus exemptis, per d. clem. dudum de sepult. cum alijs supra allegatis, quibus addo. Abb. in dict. conf. 17. num. 2. Nam etiam contingere potest, quod ab uno, & eodem legato ¶ duæ quartæ deducantur, ut quando lega-